Quelle: https://manuscripta.at/?ID=8250
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek

et dolosi non dimidiabunt dies
suos. ego autem sperabo in te dñe
in fine. pro ipso qui longe a sanctis suis
e ps. dd. tituli in scripture cui tem
erunt eum sophoniae in gethy.
Miserere mei deus quoniam
conculcavit me homo tota
die bellans tribulavit me
me. Conculcaverunt inimici mei
tota die. quoniam multi bellantes
adversum me. A altitudine
diei timebo. ego vero in te sperabo
In deo laudabo sermones meos
in deo speravi non timebo quid faciat
mihi homo. Tota die verba mea
execrabantur. adversum me omnes
cogitationes eorum in malum. In
habitabunt et abscondent ipsi calcaneum
meum observabunt. Sicut sustin
uerunt animam meam pro nichilo sal
vos facies illos. in ira populos confrange
Deus vitam meam annunciavi tibi po
sui lacrimas meas in conspectu
tuo. Sicut et in promissione tua tui
conmitentur inimici mei retrorsum
In quacumque die invocavero te ecce
cognovi quoniam deus meus tu
es In deo laudabo sermonem. i
deo speravi non timebo quid faciat
mihi homo In me sunt deus
vota tua que reddam laudationes
tibi Quoniam eripuisti animam
meam de morte et pedes meos de lap
su ut placeam coram deo in lumine vi
uentium. in fine ne disperdas dd.
in tituli in scripture cum fugeret a
facie saulis in spelunca.
Miserere mei deus miserere mi
quoniam in te confidit anima mea
Et in umbra alarum tuarum
sperabo donec transeat iniquitas
Clamabo ad deum altissimum
deum meum qui benefecit mi. Mi
sit de celo et liberavit me dedit in hob
probrium conculcantes me. Misit
deus veritatem suam et misericordiam suam
et eripuit animam meam de medio ca
tulorum leonum dormiunt conturbatus. Filii hominum dentes eorum
arma et sagittas et lingua eorum gla
dius acutus Exaltare super celos
deus et in omnem terram gloria tua.
Laqueum paverunt pedibus meis
et incurvaverunt animam meam
Foderunt ante faciem meam fo
veam et inciderunt in eam. Paratum
cor meum deus paratum cor meum
cantabo et psalmum dicam. Exur
ge gloria mea exurge psaltirium et cy
thara exurgam diluculo. Confi
tebor tibi in populis domine et psalmum
dicam tibi in gentibus. Quoniam
magnificata est usque ad celos mise
ricordia tua et veritas tua usque ad nubes. Ex
altare super celos deus et super omnem ter
ram gloria tua. in fine ne disperdas
dd. in tituli in scripture.
Si vere utique iustitiam loqui
mini recte iudicate filii
hominum. Et cum in corde
iniquitates operamini in terra iniqui
tates manus vestre conmiscent. Al
ienati sunt peccatores a vulva erra
verunt a ventre locuti sunt falsa
iuxta illis secundum similitudinem serpen
tis sicut aspidis surde obturantis